

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Quartus gradus obedientiæ, quolibet modo nobis iniuncta ritè perficere.  
Cap. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

D.Th.2.2  
q.104.ar.  
tuc.2.cap.  
G. ad 2.

Thomas etiam Aquinas doctor veritatis, eam merito obedientia praeficit, quae mandatum expectat. Tanto, inquit, videtur obedientia promptior, quanto expressum praeceptum obediendo praevenit, voluntate superioris intellecta, & postea. Obiectum obedientia est praeceptum superioris cuiuscumque expressum, vel interpretatum, scilicet simplex verbum praelati; eius indicans voluntatem, cui obedit promptus obediens.] Obedientia itaq; non solum praeceptum respicit, sed simpliciter praelati voluntate, cui se subficeret, cum ex maiori amore & humilitate & reverentie procedat, maiora habet signa obedientiae perfectae.

Ad Tim.  
3.4.

Bern. ser.  
de virtute  
obedientiae.

Basil.  
conf.2.20  
n.2.1.2.8

Paulus certe hanc simplicem ac promptam obedientiam ab omnibus fidelibus videtur exigere. Admone illos, inquit, ad Titum, principibus & potestatis subditos esse, dicto obediere, ad omne opus bonum paratos esse. Hortare, inquam, ne tantum praecepto, sed etiam simpliciter superiorum obediatur, & parati sint ad omne bonum, quod illi fieri volunt. Si autem hoc est communium fidelium, quanto magis erit religiosorum, quorum est subiectio maior, & obedientia perfectior? Si qui mundo huic praeferunt, inquit Basilius, & ex lege humana illam impendi potestatem habuerunt, iis diuina lex pietatis cultores tamen opere voluit esse subiectos, & quod maius est, quorum vita tota nunc erat impietas; quam magna tandem ei a pietatis cultore praestanda obedientia est, qui a Deo constitutus praelest, & impendi potestate a legibus illius accepit? & qui defendi potest, eum non Dei ordinationi resisteret, qui antistiti resistat suo? praelest cù aperitissime Apostolus iubeat omni in re parendum esse spiritualibus praepositis? Certe fidelis obediens, vt Bernardus ait, nescit motas, fugit crastinum, ignorat tarditatem, precipit praeipientem, parat oculos visum, aures auditum, linguam vocis, manus operi, pedes itineri, totum se colligit, vt imperantis colligat voluntatem. & paulo anterior dixerat. In mediis subditi esse & obedientes debemus ad nutum praepositorum, nihil interrogantes propter conscientiam, quia in his nullum praefixit opus Deus, sed praelatorū dereliquit imperio disponenda.] & Bonaventura, Quinimum nec bonus obediens verbum expectat, vbi de superioris sibi constitutae voluntate. Illum autem optimū dixerim obedientiae gradū, cùm eo animo opus iniunctū recipitur, quo & præcipitur, cùm ex voluntate iubentis pender intentio exequentur.] Hoc itaq; vera ac perfecta obedientia petit, vt præceptum maius non expectemus, sed voluntati eius patemus. Nam qui tantum ad præceptum obtemperat, & in alius sui iuris esse caput, is in paucis suam voluntatem franget, & numquam ad veram sui abnegationem perueniet.

Ei quidem hoc sepe animaduertimus esse religiosi perfecti imperfectique dicimur. Quod hic, præterquam in rebus maioris momenti, qua solent stricto præcepto iuberi, pro sua voluntate vult omnia disponere. Fugit majoris aspectum, ne aliquid sibi iubetur; & sicut fugit iudicis aspectum declinat, ne geomam quam furatus est, auferat, & pro admisso facinore puniat; ita & iste a praelato se subtrahit, ne propriam voluntatem, (quam postquam semel Deo obtulit, iterum furto ablata habet) depositat. At perfectus in omnibus tum maioribus, tum minoribus, vult a praelato dirigi, & sine præcepto sola eius voluntatis ostensione gubernari. Ita que debere esse veri religiosi curam docet Basilius sic scribens: Potestatem vero sui ipsius ne ad punctum quidem temporis habere monachus debet, per quam in priuatis ipse negotiis suis veretur. Quemadmo-

A | dum enim absente artifice instrumentum sua sponte ipsum non moueretur, neque membrum, vel ad breuissimum tempus ab aliquo corpore separari, moueretur posset, sine eius qui intus est, opificis, ac totius corporis moderatoris voluntate: similiter quoque neque religionis obseruanti aliud agere, ex quoque fine Antistitis sui sententia licet. Sic ille.] Hanc Basilius regulam custodientes, in omnibusque praelati voluntati se accommodantes, multis temptationibus ac periculis se liberant, quia praelatus rationem redditurus est eorum quae ipsi gesserint. Sunt hi suis maioribus amabiles, nam eos habent instrumenta aptissima ad omnia illa exequenda, quae ad promouendam disciplinam, & bonum ordinem dominum seruandum apta existimauerint. Fiunt etiam fratribus chari, cum illos videant secundum prescriptum ordinis (nam hoc praelati semper iniungent) & ex regula virtutis se gerere. Eorum vita exemplar virtutis est, quam non prepostera voluntas hominis carnaliter viventis dirigit, sed voluntas maiorum, non aliud quam opera virtutis exigentium regit. Ita ergo in religiosa vita procedamus oportet, vt in omnibus ductum praelati sequamur, & præceptis cogi, & penit compelli non expectemus. Sufficiat nobis eius quoquomo ostensa voluntas, vt nostrum sensum & voluntatem posthabentes, illa ad bonum incitemur. Sic implebimus mandatum Domini, quod in Deuteronomio scriptum est [& facies quodcumque dixerint qui praelati loco, quem elegierit Dominus, & docuerint te, iuxta legem eius, sequeris] sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, nec ad sinistram. Hoc inquam perfecte implebimus, quia non iam secundo gradu obedientia contenti, quo nos mandatis tantum ad quae tenemur submittimus, ad tertium assurgimus, rectam simpliciter, & sine mandato, iniuncta humilietur impleamus.

#### Quartus Gradus Obedientiae: Quolibet modo nobis iniuncta rite perficere.

C A P V T VIII.

**Q** uia in tribus prædictis gradibus dicta sunt, ad substantiam operis externi obedientiae pertinent, vt scilicet & facienda voluntate Domini per praelatum explicata nos per votum consecremus, & vt quicquid iniunctum fuerit sine stricto præcepto, sine ordinatione simpliciter, faciamus. Nunc quartus hic gradus modum operi obedientiae præscribit, vt debito modo & cum necessariis circumstantiis perficiatur. Has autem spiritualiter doctores non eadem ratione aut numerant, aut declarant. Nam Gerlon de codicibus obedientiae haec scribit: Oportet vt ipsa obedientia sit constans, sit vera, sit hilaris, sit affectuosa. Conflans illorum obedientia non est, qui ad ea, quae sibi placerint, tantum obedere proponunt. Veraillorum obedientia non est, qui pro lucro, vel commodo temporali obedientiunt. Hilaris illorum obedientia non est, qui cum murmure, vel responsive, nolentes, quae iubentur, perficiunt. Affectionata illorum obedientia non est, qui etsi respondere non audet, rancorem tamen & malevolentiam in peccatore versant. ] Humbertus vere haec: vt obedientia vestra omnipotenti Deo si acceperabilis, studeat quisque habere promptam sine delatione, deuotam sine dignatione, voluntarii sine contradictione, simplicem sine discussione, ordinatam sine deviatione, meuidam sine turbacione, strenuam sine pusillanimitate, inuiuersalem sine exceptione, perseverantem in cessatione.

Dent. 17.  
10.

Gerlon.  
exalt. de  
verbis Do  
mini.

Numb.

Bern. ser.  
de grad.  
obedientia.  
Iustitia.  
de discip.  
monast.  
c.7.

Pf. 38.3.

Bernar.  
degradab.  
obedientia.

Genes. 3.  
1.Sapien. 2.  
1.Basil. com.  
monast.  
c.23.

cessatione.] At Bernardus & Laurentius Iustinianus septem conditiones obedientiae requirunt, quas Bernardus praeferunt latissimè tractat, & qui eas strenue custodierit, fatis huic gradui obedientiae satisfaciet. Easque nunc nos persequemur, ut qualiter prelati obediendum sit, ex tam sanctissimorum doctorum ore diccamus.

Quicumque itaque vult hunc quartum sancta obedientiae gradum ascendere, enitatur primo obediens libenter. Ille libenter obediens, qui sui cordis repugnantiam vincit, prelati mandatis repugnantibus, & ex animo ac cum bona & prompta voluntate quod sibi iniunctum est perfici. Is verè dicit Domino; Voluntariè sacrificabo tibi, & cōfitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.] Nam sponte neus suorum laborum dator effectus est ipsum obedientia præparat, vt Dei laudes exterius prædicet, & interior ipsius Domini bonitatem collaudet. Hic de prelati dura aut difficultate iubente non detrahit, quia ex prompta voluntate omnia, quia imperatur, prona & ratione consona censer. Hic se ipsum cogit, vt nihil aliud fieri non fieri velit, nisi quod prelatus aut operi mandari, aut omitti, & non fieri prescripsit. Hie tandem se ipsum vincit, quia propriam voluntatem, cuius inceptu subiectus est, alterius propter Dominum voluntati submititur. Ut enim ait Bernardus: Omnis aetas ab adolescentia sua prona est ad malum, & vnoquisque voluntatem praui sui cordis fecit. Ab illa enim prima prævaricationis angustia innatus est homini amor propriæ voluntatis, qua voluntatem sui creatoris relinquens, ibi subdita est seruire, ubi voluit dominari. Difficile ergo est suam relinquere voluntatem, & alterius voluntati deferire. Istam difficultatem superat verus obediens, & inde incipi dominari felicitet, vnde eligit præceptum dominum prælato subiecti. Quoniam hac subiectio ne voluntatis sua ac desideriorum suorum dominus efficit, & regnum celeste, ubi in perpetuum dominus & rex erit, scriptura proclamante, mercatur. Et sicut cum lutum obsequitur figulo, quasi vilitate luti desinit, quia industria figuli illud in vas pulchrum & dignum pretio conuertit: ita dum voluntarie quisque Deo in suis prælati subiectus, habita euli Dei pulexitudinem ac decorum lucrat.

Obedientia deinde amator obedientiae simpliciter. Ille simpliciter paret, qui videns, illud quod iniungitur, bonum esse aut malum non esse, sine vlla disquisitione illud perficit. Interrogatio enim huiusmodi, quare hoc aut illud præcipiat superior, diaboli imitatio est dicentis Eva: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi?] At qui Christum querit, & sequitur, ab his interrogacionibus curiosis & superfluis abstinet, sciens scriptu esse: In simplicitate cordis querite illum. Simpliciter veri obediens mandata prælatorum accipiant: vt Dominum in simplicitate cordis inquirant. Hancque simplicitatem Basilius ab obedientibus exigit, cum eos ouibus pastorem sequentibus, & instrumentis inanimis similes debere esse dicit. Quemadmodum igitur pastori suo oves obtemperant, & viam quamcumque ille vult ingrediuntur: sic qui ex Deo pietatis cultores sunt, moderatoribus suis obsequi debet, nihil omnino illorum iusta curiosus percutanties, quando libera sunt à peccato; contraque, ea summa animi alacritate summoque studio cōsciere. Quemadmodum enim faber, aedificatorve singulis artis instrumentis pro arbitrio virut suu, neque umquam illum inuenient ut instrumentum, quod ad quemcumque ille vsum volueret, non se facile tractandum præbuerit, ac moderatoris manu cesserit; Itē quoque

A conuenit verum pietatis cultorem, perinde ut instrumentum quoddam utile opifici ad complemandam spiritualem fabricam, omnibus in rebus parere, in quibus ut operam suam nauerit, rectum esse antites iudicari, ne si id facere recusauerit, impedimento sit, quominus spirituale opus compleatur. Et ut instrumentum non sibi ipsi deligit, quod factu usus sit ad artem iuuandam; eodem modo pietatis cultorem quoque nequaquam conuenit ipsum esse, qui sibi iudicio suo opus deligat, sed gubernationem sui, artificis prudentia debet consilioque concedere. Sic ille.] Et quidē nos oves esse cupimus ex illis, quibus in extremo die dicturus est Dominus. [Vente benedicti patri mei, possidete paratum vobis regnum.] Oves igitur simplicitate obedientiae simus, vt tam defiderabilem vocem in tempore necessitatibus audiamus. Absurdum erit namque, præmium ouium expectare eum, qui non ovis sinceritatem experit, sed vulpecula duplicitatem adamauit. Fideles seruēt volumnus, qui ob Dei misericordiā, & sanctæ vita merita, ingrediamur in domum domininostri, & super omnia bona sua constituamur. Fidelium ergo seruorū fidelitatem habeamus, qui numquam diliquerūt, cur herus hoc aut illud præcipiat, sed quid præcipiat, vt illud toto conatu completere studeant. Sic & nobis in negotio obedientiae sit suscepta omnis causarum aut rationum inquisitio, solamque inquiramus quomodo id, quod nobis iniunctum est, gnatuer exequamur.

C Addat præterea verus obediens suo merito tertia conditionem, vt scilicet obediatur hilariter. Nam tristitia subditu intus mente concepta, & extra signis ostensa, prælatu ab imperando re trahit, & ad subditum in otio & inertia relinquentū inducit. Ex quo si multa merita perdit, dum tristitiam vultus prælatu quasi murum obiciens, se ipsum obedientia laboribus indignum efficit. Alios quoque fratres non parum laedit, qui aut ad imitandam durtiem istius incitantur, aut saltē ad indicandum & obmurmrandum impelluntur. Certe opus obedientiae quasi donum est, & sacrificium acceptissimum, quod domino prælati obsequentes offerimus. Quām læanter autem offrendum sit donum, Paulus scripsit dicens; Non extristitia aut ex necessitate hilarem enim datorem diligit Deus.] Et Ecclesiasticus: In omnino dato hilare sacrum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas.] Primitias quidem Deo exultantes sanctificamus, id est, deputamus, & à ceteris frugibus segregamus, cum obedientiae opera hilariter incipimus: ut decimas etiam legitanter cōsecramus, cum eadem exultatione & gaudio ipsa opera obedientiae perficiamus. Dauidi, qui personam coniugatorum ac secularium præferebat, mandatum est, vt offerret domino bouem, vnde ait: Offeram tibi boues cum hircis. At Abraham qui dominum suum, sanguineos, patrīamque reliquerat, & imaginem religiolorum gestabat, præceptum est vt offerret vacam triennem, & non sexum masculum, sed feminum immolare. Quare? Nisi quia secularibus fortassis sufficiet mandatis fortire obsequi, at religiosos decet in quibuslibet rebus iniunctū non tātū fortiter, sed exultanter obediere. Gratum (vt existimo) erit nobis legere quām pulchre Richardus Vicorus hunc mysticū sensum adumbreret. Videamus modò, ait; quid sibi velit hoc sacrificium Abraham, vel in quo videtur ab illo iam dicto David sacrificio differre. Quid quoque est quod Dominus à summo Patriarcha non bouē sed vacam querit? Num quidnam in hoc genere hostiū plus feminam quām masculum diligit: forte sic est. Neque enim à

Matt. 25.  
24.

2. Corint.  
9.7.  
Ecccl. 35.  
11.

Pf. 65. iij.  
Gen. 26.  
8.

Ricar.  
truct. da  
sacrificio  
Dauidis,  
Op. Abr.

1599

tanto amico exigeret, quod minus ipse diligeret. Si mysticè dicta mystica interpretatione dilucidantur puto palam fieri, atum inueniri quod dicitur: Scimus de boue quia iugum portare potest, lac autem dare non potest. Contingit vero vaccam virtutumque facere, & lac dare, & domini sui iugum portare. O quale sacrificium, & obedientia iugum humiliter portare, & inter qualibet obedientia ardua cordis dulcedinem seruare, & nil aliud quam lacteum dulcorem per verba distillare! Multi cum dura sibi precipiantur, molestem quidem habent, nec tam dulciter quam foriter sustinent. Scimus autem quia masculinus sexus, quam femininus, fortior est: Sed lac tamen dare non potest. Bouem itaque facit obedientia fortis; Vaccam vero obedientia dulcis. Bouem offerre, est obedire viriliter; Vaccam offerre, est obedire gratauer. Bouem offerimus, obediendo constanter; vaccam offerimus, obediendo gratulanter. Caro bouina, obedientia robusta; caro vaccina, obedientia iucunda. Haec tenus ille. ] Nos certè in hoc filij Abrahæ sumus, quod imperio Domini parentes, patriamque reliquimus, & collum obedientie subiectum; ac proinde consequens est ut eum in qualitate sacrificij sequamar. Offeramus Domino vaccam triennem, obedientiam hilarem. Obediamus hilariter, quia Deo in opere obedientiae placemus: quia nostra merita, & premia per obedientiam actiones augemus, quia fratibus nostris iter subiecctionis perfecta monstramus. Nam obedientia, hac tripli letitia aucta & decorata, promissionem illius terra promerebatur, non lacte & melle corpori manantis, sed animæ æternam dulcedinem producentis.

Hilaritas quartam obedientia perfectionem adducet, ut nimiram iustus obediatur velociter, & omni mora seposita majoris aliquid iniungentis voluntatem adimplaret. De mandatis domini siue per se siue per prælatos nobis propolis, inquit regius Propheta: Qui emitit eloquim suam terræ, velociter currit sermo eius: ] sermo autem velociter currens, velociem vult habere sequentem. Filiis quoque Israël, dum eis agni præcipitur, festinatio in comeditione habenda mandatur: Et comedetis, inquit, festinanter. ] Quia videlicet verba illa, ait Bernardus, quæ per legem dedit, quæ per semetipsum præsens exhibuit, quæ per Ecclesiæ præpositos tradenda reliquit, veloci lunt obedientia consummanda. ] Sit autem omnis homo, inquit Iacobus Apostolus, velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.] Tarditatem ad loquendum retulit, velocitatem autem in opere postulauit. Ad quid enim homo diligenter erit in audiendo, nisi ut audita compleat diligenter, & velociter mandata perficiat? Obedientia velocitas, præmium maximum, & tarditas paenam habet. Vide præmium in principio publicanorum velociter obediens. Audiuimus: Zachæus festinans descedens, quia hodie in domo tua oportet me manere. Ille festinans descendens, & exceptis dominum gaudens, ] & iuxta illud quod Dominus intulit. [Salus domui huic facta est:] salutem animæ in præmium suæ præparationis accepit. Sed vide paenam in Cain, cuius munus repulsum est, quia in eius oblatione tardauit. Denique: Factum est post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Duplex culpa, inquit Ambrosius, una quod post dies obrulit, altera quod ex fructibus non ex primis fructibus. Sacrificium autem & celeritate commendatur & gratia. Vnde præceptum est; Si voveris votum, non facias moram reddere illud. ] Cum enim moram facis, non redditis votum. Et autem postulatio honorum à Deo cum soluendi muneris promissione. Et ideo cum impe-

A traueris quod petisti, ingrati est tardare promissum. Hac ille. ] Qui & postea Abraham vehementer laudat, quod velociter Domini mandata complenda suscepit. Prima, inquit, Votis gratia, est celeritas solutionis. Denique Abraham filium suum, ad holocaustum iussus offerre, non post dies vt Cain obrulit, sed exurgens mane straurit asinam suam, & adhibuit secum duos pueros, & Isaac filium suum, & concidens ligna ad holocaustum, surgens abiit, & venit ad locum quem dixerat ei Deus, die tercia. Primo aduerte immolans studium matrum atq; festinum, vt mora expectationis non esset, nisi donec auditetur oraculum. Deinde vt sterneter asinam suam, obsequium omne ipse suscepit, & sacrificio necessaria prepararet, duabus quoque fide & spe virtutibus comitantibus, hostiam suam duceret, de potestate Dei certus, & de bonitate securus.

B Merito ergo Sanctus Patriarcha Benedictus hanc festinationem obedientiae mandauit: Primus ait, humiliatis gradus, obedientia sine mora, & postea: Mox ut aliquid imperium à maiore fuerit, ac si diuinatus imperetur, moram pati nesciunt in faciendo, & iterum. Sed hæc ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si quod iubetur, non trepidè, non tardè, non repidè hat. Merito etiam Calianus antiquos illos monachos de hac celeritate commendat, in qua erant adeo strenui, vt litteram præ studio, celeriter accurrerent tempestatam relinquerent. De illis hæc dicit: Itaque considentes intra cubilia sua, & operi ac meditationi pariter intendentes, cum sonitus pulsantis ostium, ac diuersorum cellulas percūtientis audierint, ad orationem eos scilicet, leu apud inuitantis; certatim è cubiculis suis vnuquisque prorumpit; ita vt is, qui opus feritoris exercet, quam repertus fuerit inchoalle litteram, finire non audeat; sed in eodem punto quo ad aures eius sonitus pulsantis aduenierit, summa velocitate profiliens, ne tantum quidem mora interponat, quantum cœpti apicis consummet effigiem; sed imperfectam lineam litteræ detinens, non tam operis compendia, lucravé sectetur, quam obedientia virtutem exequi toto studio, atque æmulatione festinet. Quam non solum opere manus, seu lectio, vel silentio & quieti cellæ, verū etiæ cunctis virtutibus ita præferunt, vt huic iudicet omnia post ponenda; & vniuersa dispendia subire contenti sint, dummodo ipsi hoc bonum in nullo violare videantur. ] Merito tandem Silvanus Abbas in vita patrum apud Euagrium Ponticum Hyperboriatam, vel Petronium Bonotensem, illum discipulum præ aliis dilexit, nomine Marcum, cuius tanta erat obedientia, vt a magistro vocatus, litteram, O, medium reliquerit, nec eam præ defidio promptè obedientis impleverit. Quod factum alij seniores, qui Siluanum comitabantur, videntes, dixerunt ei: In veritate quem tu diligis, & nos iam diligimus, quia & Deus eum propter suam obedientiam diligit. Nos itaque in exequendis rebus iniunctis quam diligissimi sumus, vt per celerem obedientiam Christum Salvatorem inueniamus. Nam tres illi felices reges ab stella ad Dominum adorandum vocati statim sine vlla cunctatione accurrerunt: quare illorum vox fuit: Vidimus stellam eius, & venimus, ] & in præmium sue promptæ obedientia Domini conspectu dignati sunt. Sic li in omnibus promptè celeriterque obediemus, non iam ad horā, sed ad æternitatem, Christi consortio & conspectu perfruemur. Ipse enim illos magno honore prosequetur, qui sacrificia sua, nempe obedientia opera, non patiuntur

inf.c.s.

Benedict,  
in reg.c.j.Coffia, lib.  
4. dempt.  
c.ii.

Pf.147-4

Exod. 12.  
Bern. sup.Jacob. 1.  
19.Luce. 19.  
5.

n.9.

Gen. 4. 3.  
Amb. lib.  
2. de Cain  
c.7.

Ecc. 5.3.

pertar

per tarditatem & socordiam ab aduersario delibari.

*Psal. 30.*  
Instantia in obediendo adiungenda est constans & fortitudo, ut qui scit obedire velociter, diseat & parere viriliter. Sæpe namque non modica difficultas insurget, nos in itinere subiectio[n]is impediens, & ab impletione mandatorum abducens, quæ fortitudine vincenda est, ne obedientia merita excidat. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, sicut Sanctus David, [omnes qui speratis in Domino.] Nobis ergo, qui premium maximum obedientiam spectamus, viriliter obedendum est, ne illo ob inconstantiam & pusillanimitatem prie[m]ur. Tria autem sunt, quæ nos solent ab operibus obedientiae diuellere; vel ipsa rerum iniunctarum difficultas, quæ nimis res arduæ sunt, & naturæ ac sensu repugnant; vel modus præcipendi, quia prælatus insuauit & duriter & sine opportunitate præcipitur vel alij, qui suasionibus aut persecutionibus aut minis, tentant nos ab obediendo retrahere. Hæc tria superas forritudo in agendo, cuius causa dicitur de nobis, quod nouimus viriliter obedire. Si res difficultis fuerit, si sensu propensione repugnans, non propterea omittenda est, immo eo libenter executioni mandanda, quo difficultas meritum angit, & ex victoria sensus & propensionis nostra obedientiae virtus accrescit. Si enim in rebus facilissimis aut voluntati nostræ consonis obedierimus, quam mercedem habebimus, cum & seculares, immo & iniqui in rebus quæ sibi placent, obedient? At in his quæ exhortemus & valde formidamus, obediens est humilitatis & subiectio[n]is indicium. Salvator noster obediuit patri in persecutio[n]e inortis, & in aliis multis quæ natura illius humana sanctissima & ordinatissima vehementer extimuit. Sic veri imitatores illius in difficultibus & arduis obedient necessæ est, & in his, quibus caro repugnat, se propter amorem obedientia subiiciunt. Se namque in his vincere, & voluntatem ad hæc complenda & admittenda fortiter inclinare, obedientiam mirabiliter perficit, & eius meritum ac valorem augmentat. *Quare* Gregorius sapienter ait. Sed quia nonnumquam nobis huius mundi prospera, nonnumquam vero iubentur aduersa: sciendum summo pere est, quod obedientia aliquando si de suo aliquid habeat, nulla est, aliquid autem autem si de suo aliquid non habeat, minima. Nam cum huius mundi successus præcipitur, cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientia sibi virtutem evacuat, si ad haec etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius vitæ prospera libidini propriæ ambitionis seruit: rursum cum mudi despectus præcipitur, cum probra adipisci, & contumeliaz iubentur, nisi ex se ipso animus hæc appetat, obedientia sibi meritum minuit: quia ad ea quæ in hac vita desperata sunt, inuitus nolensque descendit. Ad detrimentum quippe obedientia ducitur, cum mentem ad suscipienda probra huius saeculi, nequamquam ex parte aliqua etiam sua vota comitantur. Debet ergo obedientia & in aduersis ex suo aliquid habere, & rursum in prosperis ex suo aliquid omnino non habere, quatenus & in aduersis tanto sit glorio[s]ior, quanto diuino ordini etiam ex desiderio iungitur: & in prosperis tanto sit verior, quanto à presenti ipsa, quam diuinitus percipit gloria, funditus ex mente separatur. *Sic* ille. Et Bernardus ad idem inquit: An tu ibi putas obedientia fructum, cum subditus audit obedientiam quam multis expeterat votis, cum ei præcipitur quod red-

A leat dignitatem, gaudio, & letitia fluit, & potentia fulciatur imagine? E contrario autem an tu illi obedientiae meritum assignas, quæ cum aduersitate procedens animum terret audientis, grauis ad audiendum, grauior ad implendum, ad tenendum grauissima? Non est ita. Faciendum est ut à prosperitate animo separemur, & aduersitatem animo amplectamur, si volumus illum sequi, qui regnum fugit, & ad passionem voluntarius venit. Et Sulpicius:

Præcipua ibi virtus, scilicet in cœnobio monachorum Orientalium; & prima est obedientia; neque aliter adueniens ad monasterium Abbatis iuscipitur, quām qui tentatus prius fuerit & probatus, nullum vnguam reculaturus, quamlibet arduum ac difficile indigne[m]que toleratu Abbatis imperium. Vincenda est ergo difficultas quæ ex ipsa re imperata

B nascitur, ut fortitudo in obediendo teneatur. Si vero prælatus duriter & insolens præcipiat, si omnia reprehendat, si nihil benefici, & in nullo suam voluntatem impleri proclamet, non propterea ab obedientia desistendum est, scientes quod non homini propter hominem obtemperamus, sed propter Deum cui nostra voluntas placita est, haud dubie[re] obedimus. Vnde Ephrem ait: Si sub obedientia spiritualium patrum considereris, non cum demulceris, & audiis verba assentationis, apparer fidei tuae stabilitas, ac firmitas: sed quando contemptus, atque perclusus sustinueris; nam etiam fera merito cum demulceretur mansueta atque mitescit. Ne itaque erga corripientem, & instituentem te, amarulentior fias, si nimis cupis vas electionis eudere. Hæc ille. Vas profecto electionis sit, qui duritiei prælati nullam rationem habens, & Christum in eo præcipientem aduentens, tanta alacritate & strenuitate paret, ac si prælatus eius obsequia gratissima haberet, eumque ut intelligentem & industrium diligenter. At si nos alij ab opere iniuncto variis modis retrahant, si arduum esse hæc aut illa peragere dicant, si nobis talia imperari indignum afflant, & hæc impugnatio obedientia vincenda est, scindimque nihil esse arduum humilibus, ut ait Leo Papa[er].

C *Leo Papa[er].*  
*Caro e.*  
*s. de Epi.*  
Bor supr.  
D Psal. 118.  
60.

At si nos alij ab opere iniuncto variis modis retrahant, si arduum esse hæc aut illa peragere dicant, si nobis talia imperari indignum afflant, & hæc impugnatio obedientia vincenda est, scindimque nihil esse arduum humilibus, ut ait Leo Papa[er], nihilque asperum mitibus, nihilque indignum esse viro docto, aut nobili, autlene, aut ante multis munib[us] honorato, si à prælato præcipiatur. Si tribulatio intonat, inquit Bernardus, si persecutio residat, si peccatores tibi laqueū porūt, si maligni tuum iter impediunt, ut obedientia vias non deleras. Sic dicit: Paratus sum & non sum turbatus [ut custodi] mandata tua. Custodi mandata prælati, quæ non sunt aliud quām mandata Domini: & sciro præclarū esse illi in omnibus obediens, & perfectam esse obedientiam, ac maximū meriti in arduis & difficilimis obtemperare.

E Iustus paret fortiter, obedient & humiliiter, ne fortitudo in superbiam transeat, & obedientiam tandem, eius meritum & decorum impedit. Quid est obedientia humiliiter? Humilia se uita ab obedientia imposita gratae suscipere, prælationis onera, si absque transgressione mandati fieri possit, prudenter caueat, si ipsum merito obedientia indignum, & ad quæque opera de se ineptum reputare. Humilia obsequia a religiosis obedientibus libenter esse admittenda. Basilius in hunc fere modum edocet. Atque etiam intelligentum illud est, debere pietatis cultorem viliora etiam munera magno cum studio, magnaque cum animi alacritate suscipere, scientem nihil minutum esse, quod Dei causa hat, sed grande & spirituale, & ciuinodi, quod eccl[esi]am nobis, & p[re]mia coelestia conciliat. Quamobrem licet communibus utilitatibus inferuentia sarcinaria sequi in-

Ephrem.  
de virtute.

Leo Papa[er].  
Caro e.  
s. de Epi.

Bor supr.

Psal. 118.  
60.

Basilius.  
conf. mi-  
nistr. e. 24

menta oporteat, recusare tamen non debet. Si quidem venire in mentem Apostolorum debet, quam alacriter illi Domino paruerunt, quando ipsi mandauit ut ad se pullum adducerent: cogitareque, & illos quoqua quorum causa iumentorum curam suscipiat, fratres Domini esse, & tributam ipsi benevolentiam studiumque, in ipsum Salvatorem redundare: qui dixit: Quatenus fecisti vni de his fratribus meis minimis, mihi fecisti. ] Quod si sua facit; que minorum sunt; sine dubio multo magis qua eleborum sunt, ea sibi vendicabit, modo ne officium causam ad licentiam existinet. Quin summa potius animi attentione munire se ipsum debet, ut cum sibi tum exterrit, in quoquaque eum casus derulerit, pariat virilatem. Porro si de numeribus iis, quae abiectiona sunt, aliquid exercendum sit, scire conuenit. Salvatorem quoque ipsum discipulis ministrasse, & abiectiona opera facere non recusasse: magnumque homini esse, si Dei imitator existat, cum per haec quae humilia sunt, ad altitudinem illam, quod illam est imitatus, ascendet. Quamquam quis iam humile auctor quippiam appellare, quod Deus ipse attingere non recusavit? Huc vique Basilius, ] Praeterea autem, ac speciosa munera esse, prudenter detrectanda sanctissimorum Ecclesiae virorum exemplo didicimus, qui se ipsos difficiles in admittendis dignitatibus prebuerunt. Et quia natura nostra per peccatum superbia corrupta ad praelationem semper aspirat, non est virtus inobedientia ab his, humili se excusatione subtrahere, & humilia potius velle, quam celsa sub praetextu obedientiae queritare. Bonum est, inquit Origenes, non profligare eas, quae a Deo sunt dignitates & principatus, & ministeria Ecclesiae, sed imitari Moysem, & dicere cum eo: Proinde alium, quem mittas. ] Si autem id bonum est, certe aliqua inobedientiae labe maculatum non est. Et Bernardus: O peruersitas, o abusio filiorum Adam, quia cum ascendere difficultimum sit, ipsis & leuitate ascendunt, & difficultius descendunt, parati ad celistinates & honores graduum Ecclesiasticonum ipsis etiam angelicis humeris formidando. ] Quia ergo ad haec superbe & imprudenter inclinamus, obedientiae perfectionem non tollit, sed meritum humilitatis adicit his sublimibus repugnare. Debet etiam obediens, vt humilitatem habeat, se ut supra dictum est, ad omnia ineptum reputare, & indignum merito obedientiae sentire, quia si magnum existimat, a rege terreno occupari, quanto maius erit, Deo regi caelesti ore praelati praeципienti parere? Certe, si bene intelligimus, indigni sumus, quibus opera obedientiae demandentur, & rante virtutis merite tribuantur.

Postrema obedientiae perfectio est vt sit perseverans, & constanter ac definiter obediens. Non sufficit ad salutem incipere; non enim scriptum est: Qui cœperit, sed qui perseveraverat usque in finem, hic saluus erit. ] Nec corona cursum incipienti sed perficieni decernitur. [Nam cursum conlumnaui, inquit Paulus, in reliquo reposita est milii corona iustitiae: ] Sibi autem reposita non esset, si cursum tantum inchoasset, non autem perfecisset. Ideo monetippe: Sic currite, vt comprehendatis. ] Quia sicut ille accipit brauum, qui ad metam cursus peruenit, ita & præmium obedientiae ille percipit, qui usque ad finem vitæ in obedientia perficit. Ideo Bernardus obedientiam comparat talari tunica, quia sicut haec ad talos usque protenditur, ita & illa usque ad finem vita protractatur. Obedientia, inquit, talaris est tunica, quam

A Joseph (quod sonat, accrescens, vel, augmentum, id est, quilibet perfectus) dono clementioris gratia, quæ est mater credentium, singulariter induit. Quia vero haec talis tunica pulcherrima est, non tantum signar ut perseveremus usquecumque, sed ut cum omnibus prædictis conditionibus in obediendo persistamus. Propterea idem Bernardus alio loco eam comparat nummum, qui nisi integer sit, & omni ex parte incorruptus benèque signatus, à nummulario contemnitur. Sed prater ordinem erit melliflua prætermittere. Sapient, nummularius est Christus, immo ipsa sapientia, cui necesse habemus reddere huc obedientiam nummum: nec suscipiet eum nisi & integer inueniatur, & fine aliqua fallitur. Nam si discutimus, si diuidicamus, & in hoc quidem præcepto non obediens, sed in illo; fractus est nummus: non suscipiet eum Christus, à quo nimis tenemur nummi integri debitores. Omnes enim obedientiam simpliciter & sine villa acceptione promisimus. Quod si quis obediens quidem, sed simulatore & ad oculum, murmuraret autem in abscondito, falsus est nummus eius: plumbum habet non argentum, & iniquitas sedet super talentum plumbi: dolosè agit, sed in conspectu Dei, quoniam Deus non irridetur. Vis audire perfectæ obedientiae formam? Vedit Dominus (air Euangeli) Petrum, & Andream mittentes rete in mare, & ait illis: venite post me, faciam vos fieri pescatores hominum. ] Faciam, inquit, de pescatoribus pescatores: immo prædicatores. At illi continuo nihil diuidantes aut hesitantes, non solliciti unde viuerent, non considerantes quoniam modo rudes homines, & sine literis, prædicatores fieri possent, nihil denique interrogantes, sine villa mora, relictis retibus, & nauib; seculi sunt eum. Agnoscite fratres quoniam propter vos scripta sunt haec: propter vos singulis annis in Ecclesia recitantur: ut discentes veræ obedientiae formam, castigatis corda vestra in obedientia charitatis. Haec nimur est quæ sola commendat obedientiam: nummus, hoc illius argentum est probatum atque purgatum. Haec Bernardus. ] Qui ergo his septem attributis opus obedientiae perficerit, verus & per omnia consummatus obediens censebitur. Obediat ille libenter, vt in opere iniuncto letetur: obediens simpliciter, ne stulte sapiens, sed potius sapienter ignorans existimetur. Obediat humiliter, vt non coactus obediens more seruorum, sed spontaneus secundum consuetudinem filiorum apparet. Obediat velociter, vt citius premium vindictoria teneat. Obediat viriliter, ne difficultate supererit. Obediat humiliter, ne ob superbiam merito obedientia priuatur. At tamen in his omnibus perseueret, vt mercedem perfectis obedientibus parata consequatur.

E Quintus gradus Obedientiae: Voluntatem simul cum opere maiori subdere.

## CAPVT IX.

 R A D V S isti qui sequuntur, licet videantur in conditionibus obedientiae comprehensi, tamen aliud habent cuius causa oporteat eos à quarto etiam gradu

Matt. 25.  
40.

Origenes,  
hom. 6. in  
Isaiam.

Bern. ser.  
2. de Af-  
fensione.

Matt. 24.  
13.  
2. Timor.  
4.7.

1. Cor. 9.  
24.

Ber. ser. 2.  
de S. An-  
drea.

Matt. 4.  
18.19.